respicere — nam venerat tempus eiusdem miserendi [v] — aliter ordinavit. Nam [w] cum dominus papa Urbanus V. famam bone indolis dicti domini Frederici postulati fide digno testimonio audivisset et tandem eiusdem conversacionem, quam deduxit in studio Bononiensi, familiarem quoque ipsius noticiam et apud urbem Romam [x], ubi postulatus ipse eiusdem domini pape et dominorum cardinalium collegio se presentavit personaliter, [y] aliquo tempore per experienciam cognovisset, idem dominus papa Urbanus V. [z] dictum postulatum 13. die mensis novembris sub anno domini 1370 preferit desideratis affectibus [a] Coloniensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem. [90]

[90] v. bullam Urbani ap. Lac. III, p. 602.

Accessus [b] nobilis comitatus de Arnsberg. [c]

Interea prefato domino archiepiscopo Freverensi adhuc Coloniensem ecclesiam gubernante accessit eidem Coloniensi ecclesie nobilis possessio, videlicet comitatus de Arnsberg [d] cum universis castris, terris et [e] dominiis et iuribus et [f] pertinenciis suis hoc modo. Godefridus siquidem ultimus comes de Arnsberg habens uxorem nobilem de domo comitum Clivensium, cum ambo ipsi ad senilem pervenissent etatem et liberos non haberent, idem quoque comes statum Coloniensis ecclesie in partibus ducatus Westphalie [g] ipsi [h] Coloniensi ecclesie pertinentis concussione guerrarum et atroci bellorum atque iniuriarum incursu in suis diebus multociens [i] perturbasset, tandem sane mentis consilio sue condicionis tempora recensens et improvide gesta meliori commutacione satagens reformare [k] idem ipse prefata sua coniuge comitissa similiter annuente contulit donacione perpetua [91] inter vivos dictum comitatum de Arnsberg [l] ecclesie Coloniensi cum castris, fortaliciis, terris et dominiis, hominibus, ministerialibus atque vasallis et cum omni patrimonio et attinenciis dicti comitatus, quorum quidem

cf. dipl. ap. Seibertz II, p. 512.

[91] 1368 aug. 25 (Seibertz II, p. 512) Godefridus comes cum Anna uxore comitatum ecclesie Col. pro 130000 flor. auri vendiderunt; deinde 1369 mai. 10 additum est instrumentum donationis (Lac. III, p. 589).

v/ mis. eiusdem 2. w/ Namque 2. x/ Romaniam 2. y/ pers. pres. 2. z/ V. deest 2. a/ effectibus 4.4.4.". b/ Accessit 4.4.4.". c/ cod. 2 sequens capitulum inscribit: Eo tempore quo predictus bono Freverensis archiepiscopi (!). d/ Arnsbergh 1. Arensborch 2. Arensberch 4.4.4.". e/ et deest 4.4.4.". f/ ac 1. g/ Westfalie 2. h/ ipsi deest 4.4.4.". i/ multociens deest 2. k/ informare 4. l/ Arensberg 2.